Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36559
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



uit. Interim aut̄ euenit. ut nutrix eiusdē hoc sc̄lo mi
grarē. Ipsa aut̄ non inmemor quē admodū se p̄us
cū industria magna nutrierat. terram ad sepelien
dū fodere cepit. & p̄semetipsam eam terrę cōmendare
curauit. Contigit aut̄ post spacia fere septuaginta an
norū. ut sepulchrū q̄ p̄dicta nutrix sepulta fuerat eua
cuaretur ad aliud corpus humandū. Tunc v̄ toto cor
pore putrefacto. ac penitus inpuluerē conuerso. sola
dextera mamilla ita incorrupta & integra inuenta
est. ac si eodem die & momēto a corpore eēt abscisa. Hoc
v̄ ad cōp̄bandā sacrę uirginis almitatē factū creditur.
quia sagax illius nutrix aliq̄d celestę in ea eē cōp̄hendens.
de sola dextera mamilla ei lac p̄buerat. & p̄omne temp̄
lactationis. eam circūdatam lineo habebat pallio. Scā
aut̄ uirgo eodē stipendio c̄tenta. in monasterio mul
to tempore erat. nihil aliud habens. quod nec eam pa
ter uocauit. nec ipsa non uocata eū adire p̄sumpsit.
Sed cū iam sup̄na pietas lucernā suā sup̄ candelabrū
ponere decreuisse. ut intrantes domū lum̄ cernerent.
accidit ut quadā die farinā in uasculo subter pal
lio quo circuamicta erat portanti. pater infra septa
monasterii obuiare. iamq; rigida deposita mente
p̄diuinā inspirationē. eam clementer allocutus est
dicens. Filia mea carissima. unde uenis & quo ire
cupis. vl̄ quid portas. Ipsa v̄ subsistens respondit.
Parū farine dn̄e ego fero ut ex ea aliq̄d cibi faciā.
ad recreandos egenos. Ipse aut̄ noli inquit c̄tristari
quod actenus inopem duxisti uitā. quia dn̄o an
nuente in p̄ximo est ut hoc exuperes. ac eodē